sed pure & libere administrare: & si tale aliquid super ministris peccatum invenerit, hoc etiam punire, & ex ipsis prius ostendere suam firmitatem simul, & castitatem. Propterea enim & decem [1] libras auri occasione expensarum decernimus ei & ejus consiliario solidos centum, & ministrantibus ad expensarum causam solidos trecentos triginta damus annonæ, quorum etiam descriptionem huic legi apponi præcipimus, ut fisci largitate contenti, alienis abstineant: erunque Dei & nostri subtiles cultores, & e cœlo hanc nostram fruentes providentiam & administrationem, causis facilius & legalius utentes.

CAP. IX.

*De magistratibus & præsidibus.*

DAmus autem administrationem habenti fiduciam & judicibus [2] insistere [3], & ad nos referre, & ex se agere competentia: ut neque infirmitate, neque alio omnino culpatus, nostro super eo judicio minor appareat. Licentiam [4] vero similiter ei damus publicis epistolis uti ad provinciarum præsides, ut ii qui remittuntur ab eo, mittant ad suas provincias sine lite ibi ducturos: & si quo egent legitimo auxilio hoc percepturos: Illud maxime providere, non de iisdem secundo molestari (quod sæpe) eos qui hic vane commorantur: deinde transmissos ab eo, rursus remanere: & mox reversos, fecundarum ei causarum præbere occasiones. Si enim denuo in hac felicissima civitate inveniat quosdam nidificantes [5] fruftra, qui liberati & ad propriam provinciam transmissi sunt: his & castigationem imponat decentem, & vehementius iterum transmittat. Sic nobis etiam foris civitates habitabuntur, & magna civitas hac confusione liberabitur. Si vero aliquos perspexerit sui officii in transmarinis [6] partibus collocare, qui etiam de foris convenientes inquirant [7], & hinc destinatos suscipientes, ad provincias dirigant: & hoc agat, quod utile est reipublicæ per omnia venatus.

CAP. X.

HÆc omnia sancimus nostrorum subjectorum curam habentes: ut non suas provincias deserentes hic atterantur, & moriantur forsan propriis privati, & neque paternis [8] fruentes sepulturis: eo quod & ante nos ponentibus leges, & rempublicam constituentibus, hæc non transitorio studio fuerunt: sed & pigritiæ fuit quædam scriptura [9], & peregrinos omnes perscrutabantur, & neque novum, neque leve hoc caulis studium, bonum quidem & antiquum, neglectum vero in medio ab universa lædente negligentia, paulatim periclitatum est corrumpi & perimi: donec nos prodesse hoc, & utilissimum invenientes, rursus in rempublicam introducimus. Sicut [10] enim præbemus incorruptum eum, & ejus officium esse volumus, & nihil extra quæ a nobis dicta sunt accipere: ita & indemnes eos servari jubemus, ut neque occasione codicillorum, neque per occasionem annonarum, neque per aliam quamlibet causarum, aut in sacrum nostrum palatium, aut in forum tuæ celsitudinis occasione codicillorum aut præceptorum aliquid dare nunc, aut in futuro tempore immensæ tuæ celsitudinis occasione emolumentorum quæ per eos impenduntur ei, aut consiliario, aut ejus officio: fed undique eis pura servari quæ nostra largitate dantur, sufficiet enim omnibus pro medela decenti germane eum gubernantem cingulum universis utilissimum esse.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nostræ placuerunt potestati, cognoscens tua celsitudo, omnia ad effectum perducere festinet, approbetque nostram providentiam: quia & novum cingulum adjecimus, & nostrorum subjectorum per omnia curam habemus. Dat. 7. Id. Maji, *Constantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. A. Ann. XII. [11] ARIONE [12] V. C. CONS.

TIT. X.

DE EMANCIPATIONE.

Constitutio quæ dignitatibus & episcopatu (filium) liberat patria [13] potestate [14].

NOVELLA CONSTIT. LXXXI.

*Imperator Justinianus August. sacro senatui hujus regiæ civitatis.*

PRÆFATIO.

QUicquid ad utilitatem & ornatum respicit a Deo traditæ nobis reipublicæ, hoc semper cogitantes ad effectum deducere festinamus. Igitur etiam dudum legem [15] scripsimus super gloriosissimis nostris *patriciis*: quæ liberos eos, dignitatis collatione, paterna potestate demonstrat. Non enim decens putavimus, ut hos quos nos in officium patrum provehimus nostrorum, hi sub aliena sint potestate. Nam si emancipationis actio dudum quidem & per eas quæ nuncupantur legis actiones, facta cum injuriis [16] & alapis [17] liberabat eos hujusmodi vinculis: quomodo futuri essent codicilli omnium honestissimi dati a præsidente universis imperio, non eos posse paterna potestate liberare? Nunc autem clementius aut etiam honestius in republica cogitantes: sed super gloriosissimis consulibus, qui proprium nomen ipsi post [18] imperium præbent: & solis consularibus codicillis honorantur: & super cingulis quæ liberare a curia possunt, hoc est præfecturæ & magistri militum: dicimus autem in ipsis sedibus & operibus agnitis hoc ipsum sancimus esse, ut omnis talis dignitas, aut etiam cingulum hujusmodi acquisitum aliquibus quoscunque nos probaverimus quod eos liberet a curia [19], hoc valeat, & ut potestate eos liberet patrum atque avorum. Nam si sancivimus, ut si quis servus [20] sciente domino mereatur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiscatur, repente ab imperio liberetur, & in ipsam rapiatur ingenuitatem: quomodo non est justum, tantos promerentem codicillos, non etiam paterna potestate liberum fieri?

CAP. I.

PRopterea igitur hac honestissima utentes lege, sancimus & ordinarios consules [21], si sub potestate consistant, una cum ipso verbo, quo hoc his donatur officium, suæ potestatis fieri: nec non & iis qui honorantur [22] ab imperio per consulares codicillos, si sub patris sint manu, fieri codicillos eorum suæ potestatis occasionem. Et si quos nos per universas diœceses gloriosissimos Præfectos sacrorum nostrorum prætoriorum instituamus, aut in præfectura civitatis utriusque Romæ provexerimus, aut in quolibet magistrio militari: hos repente etiam suæ potestatis fieri. Eum namque qui [23] tantorum judex est, & tantis jubet, manere sub potestate alterius, & non inter eos qui suæ potestatis sunt, scribi, nostrarum indignum judicavimus legum simul & temporum. §. 1. Generaliter autem, sicuti dictum est, sancimus: ut omnis dignitas & omne cingulum a [24] curia liberare valens, hoc etiam suæ potestatis præmium honoratis præstet, & nobiliores [25] adhuc patres ostendat. Si ergo ab imperio sic honoratorum aliqui sint patres: qui si non hoc esset, etiam ipsi pariter studerent imperium pro iltis petentes: quapropter sive est aliquis nunc qudem sub potestate iis fruens honoribus aut cingulis, quos in primis enumeravimus, sive postea erit, etiam hunc jus potestatis suæ sequatur, & [26] peculium ei donans, & arbitrii liberi esse præbens: ac digne agere honore & judicio super his ab imperio habito. hoc enim multo major patribus laus erit, & lætitiæ occasionem præbebit magnæ.

CAP. II.

*Ut liberati per dignitatem patria potestate, legitima jura intacta habeant.*

ILlud quoque cavemus, ut [27] non has tales suas potestates similia præbere, qualia aliæ per emancipationes fiunt, sed præcipuum quoddam præmium imperium conferre talibus suis potestatibus. Non enim volumus eum qui ita suæ potestatis fit, perdere aliquod legitimorum jus, sed sint & generi ad eos, & ipsis ad genus intacta legitima, & ex natura servata jura: & filii [28] eorum post mortem avorum sub eorum recidant potestatem, ac si contigisset eorum parentes morte suorum patrum, & non ex præsenti lege, suæ potestatis fieri: & merito filios post mortem suorum patrum sub potestate habere, ut nihil horum quæ ab imperio conferuntur, eis deesse videatur: quoniam *omne bonum, sive a Deo* [29] *acquiritur hominibus, sive ab imperio sequente Deum, decet esse mansurum* [30], *& omnis malitiæ ac diminutionis extraneum.*

CAP. III.

*Ut per* [31] *episcopatum liberetur filius patria potestate.*

PAlam vero est nullum esse qui nesciat, præ omnibus sanctissimis episcopis ipsa ordinatione [32] etiam suam potestatem [33] acquiri. Qui enim omnium sunt spirituales [34] patres, quomodo sub aliorum potestate consistant? Sed convenit [35] etiam eos hujusmodi potiri honore, & hoc etiam ex hac nostra legislatione frui.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis visa sunt ad vestram reverentiam & honorem, o colendissimi patres, volumus in perpetuum splendere nostræ Reipublicæ tam ad nostrum ornatum quam ad nostræ largitatis probationem: quam nostris patribus, & consulibus, sacerdotibusque contulimus. Dat. 15. Kalend. April. CP. DN. JUSTIN. PP. A. ARIONE V. C. CONS. [36].

1 Id est, 702. aureos. 2 Judices inquietare dixit, Jul. *num.* 277. 3 Αχνοῦν ἐνοχλεῖν. 4 Jul. *n.* 278. 5 Ἐμβωλεύοντας, nidulantes. 6 Ἐν τοῖς πέραν οἰκουμενίαις ἐδρῶσι. *Scrimg.* in ultra marinis navium stationibus collocare, *Hal.* in portubus. Julian. *hic num.* 289. Quidam intelligunt partem illam civitatis Constantinopolitanæ, quæ ex Asia Constantinopolim respicit. 7 Qui sint, seu unde veniant, & quam ob causam. Jul. *d. loco.* 8 Est enim grave, paternis sepulchris carere, ut & domo paterna, *l.* 22. *C. de adm. tut.* 9 Ἀργίας γραφή, *Scrimg.* cessationis. Julian. *n.* 290. Id est, adeo more & lenitudinis, de qua dixi §. *cap.* 6. Refert Gellius 4. *cap.* 20. Apud censores deliberatum fuisse de nota alicujus, qui ad censorem admonitus forte & hallucinantis, fluxæ atque sperte fecuritatis. 10 Jul. *num.* 291. 11 13. ut sit annus 539. 12 Lege, Apione.

13 Et servili & adscriptitia. adde *Nov.* 123. *cap.* 4. & 1. Cajum 6. & 2. Paul. *sent.* 25. 14 Περὶ αὐτεξουσιότητος. *Scrimg.* id est, de libera sui potestate & emancipatione, quomodo jus potestatis dissolvatur. Julian. *const.* 75. adde 1. *Instit.* 12. & 8. C. 49. de solutione patriæ potestatis. *Index Regine.* Porro hinc sumpta est Authent. *Sed episcopalis, C. de episcop.* 15 Patriciatus dignitas patria potestate liberat. vide *l. ult. C. de consul.* de collata patriciatus dignitate Calliodoro a Theodorico rege, vid. Cassiodorum *ipsum*, l. *Var.* 3. & 4. vid. *l. ult. C. de consulib.* 16 Μεθ' ὕβρεων καὶ μαστιγωμάτων. *Scrimg.* injuriosa rapismata, quæ hic appellantur, *l.* 6. *C. de emancip.* Claudianus *l. de consulatu Honorii*, vocat gratum jubum, felicem injuriam. Hinc manumissio dicta, quod manus immitteretur manumisso. Ambrosius 2. *epist.* Libertas, quam manumissus accipit & palmas litoris donatus adquirit. Cornut. *in Pers.* Quoties manumittebant, eos alapa percussos circumagebant. Seneca 1. *epist.* Qui se Philosophiæ subjecit & tradidit, statim circumagitur, id est, fit liber. adde Cujac. 5. *obs.* 13. fed præstat dici μαστίγωσις esse, virga cædere, non manus: μαστὶς enim Hesychio, virga est. 17 Symbolum erat aliquod in omni fere actu legitimo, quemadmodum in emancipatione alapa, *ut hic*: In mancipatione æs & libra. Ulp. 19. §. 2. in cretione digitorum crepitus, vid. Cujac. *hic.* adde quæ scripsi de symbolis ad *l.* 1. *in fin. ff. de verb. obl.* 18 Vid. *Novell.* 47. *supr.* 19 Senfus est, Non modo consulatum, *l. ult. C. de consulib.* fed & omnes dignitates, quæ sciente domino militiam adeptus, intelligitur manumisi, facit §. 4. *Inst. quib. mod. jus de consulib. l. ult. C. de decurionibus.* 20 Servus *patr.* 21 Consulatus dignitas patria potestate liberat. c. 3. §. *hic.* adde *l. ult. Cod. cons.* 1. 22 De honorariis consulibus alias dixi. 23 Abiurdum est, esse in potestate patria aliquem, qui tot hominum sit judex, totque negotiis imperet. 24 Vid. *Nov.* 38. & 70. 25 Parentum favore hæc etiam constitutio lata est. Feudum autem nobilitare hinc colligas, & filii dignitatem ad patres etiam pervenire; *ut hic.* An ad matres? vid. *l. 1. in fin. ff. de senatorib.* 26 Effectus emancipationis. 27 Gracilimus hic est, ut sit sensus: lege cavemus, & ne sua potestatis modi per hanc Novellam introduci ea jura tantum præstent, quæ alii emancipationum modi præstant, fed majora. 28 Paterfamilias dignitate factus feu emancipatus legitima jura intacta in familia sua habet, ideoque liberi ejus (quos habuit, dum alius emancipati, seu alio modo, quam per dignitatem emancipati, pare mortuo non obtinent jus potestatis in liberos suos, quos filiusfamilias susceperunt, hoc est, ante emancipationem & tum, cum in potestate patris esset, eit igitur hic locus exceptio ad *leg.* 5. *ff. de his qui sunt fui vel alieni juris.* 29 Dona Dei ἀμετάμεμπτα. 30 *Nov.* 10. §. 1. & c. 16. *de reg. jur. in fi* 31 Jul. *num.* 294. 32 Ἀπὸ τῆς χειροτονίας. *Scrimg.* ex ipsa consecratione. Jul. *const.* 75. *num.* 294. 33 Episcopi parres spirituales, *ut hic*: *Paul. ad Galat.* 5. *c. de episc.* 34 Episcopi patres spirituales, *ut hic*: *Paul. ad Galat.* 4. *hic*: Filioli mei, adde Basilium in *Psalm.* 24. 35 Antea non obtinuerant, 36 Id est, anno 539.





TIT. XI.

DE JUDICIBUS [1], ET UT NULLATENUS CUM JUREJURANDO ELIGATUR ALIQUIS JUDEX QUOD PERMANEAT EI: ET UT APPELLATIONES AGCIPIANT MODIS OMNIBUS JUDICES: ET UT IN MEDIA LITE FACTÆ FORMÆ QUOMODO OPORTEAT DECIDI COGNITIONEM, NON ATTENDANT JUDICES.

NOVELLA CONSTIT. LXXXII.

*Idem Imperator Augustus Joanni gloriosissimo prætoriorum Orientis iterum exconsuli & patricio.*

PRÆFATIO.

AZenone piæ memoriæ scripta est lex [2] *de judiciorum ordine*, multas quidem mutationes subsequentibus suscipiens temporibus: ad hoc autem pervenit, ut paulatim pene omnino caderet, nam & qui in ea conscripti sunt *Pedanei* [3] *judices* humanam omnes reliquerunt vitam, & plurima definiti juris tacita sunt, & certam non meruerunt memoriam: sed usus hæc percipiens, in aliam transtulit figuram. Nos igitur videntes omnino confusum judicum schema, existimavimus oportere hac lege determinare quæ decentem ordinem imponat causæ. Non enim existimavimus oportere habere judicum quorundam nomina, maxime legum [4] ineruditorum, deinde neque causarum habentium experimentum. Nostris enim administratoribus adsunt modis omnibus etiam Assessores [5], & [6] ea [7] quæ legum sunt explicantes, & occupationes adimplentes eorum: quoniam multi detenti curis quas apud nos habent, merito judiciorum complent partem per suorum præsentiam Assessorum. Illi autem neque cingulum [8] habentes, neque nobis ministrantes, nisi potuerint per se nosse quod justum est, sed aliunde emendicare judicandi honestatem: quomodo non maximum vitium erit reipublicæ [9], non eis qui ex se quod agendum sit sciant, lites tradere, sed finere eos quærere alios, a quibus liceat discere, quæ ipsos in judicando eloqui decet? Hæc nos merito ad præsentem erexerunt, nostrorum subjectorum curam agentes & volentes eis etiam quæ de judiciis sunt in promptu esse atque facilia, & absque omni dilatione transigenda.

CAP. I.

*De judicibus a Justiniano electis.*

VEtus igitur schema Zenonis constitutionis [10] piæ memoriæ quæ unicuique Prætorio [11] certos definivit judices [12], omnino perimimus: eligere vero perspeximus in rebus utilibus habentes attestationem qui communes omnium erunt judices, tanquam undique electi. & hoc quidem gestum est: & electi sunt a nobis judices, *Anatolius* vir spectabilis jam advocatione [13] dudum completa, & inter spectabiles fisci advocatos deputatus: ac *Flavianus*, qui nunc advocatus [14] fisci consistit: & *Alexander*, & *Stephanus*, & *Mennas*, eloquentissimi advocati, & pedanei judices tui fori: & *Alexander* [15] alter, quem pedaneum [16] judicem esse prætorii gloriosissimi Magistri sacrorum officiorum cognovimus: & duo subsequentes alii advocati [17] tui fori [18], *Victor*, & ex Quizico [19] *Theodorus*. Ex advocatis itaque isti judices præponantur. §. 1. Quia vero competens est esse etiam majores judices aliquos dignitate provectos, experimento caufarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos, magnis cingulis, aut multitudine horum exercitatos, qui etiam nostræ observent pietati: ideo perspeximus ex gloriosissimis quidem patriciis *Platonem* gloriosissimum [patricium] longum qui in urbana præfectura obtinuit tempus, & secundo in illis sebibus constitutus est, & *Victorem* gloriosissimum & ipsum, qui tam in magna Hellade, quam in nobili Alexandrinorum civitate administravit, & Præfecturæ urbanæ tenuit præsulatum, & neque legum inexpertum, & *Focam* [20] gloriosissimum inter nostros annumerandum judices, virum quæcunque sedes noverit laudatum, quam sibi præfantem, insuper & quæ legum sunt scientem. Inter hos *Marcellium* quoque magnificentissimum, semper quidem eum nobis præsentem & circa justitiæ miramur observationem, & ab omnibus pene nos adeuntibus propter hoc petitum scimus, & consiliario utentem laudabili, quatenus disponere quæ ex legibus sunt, possit, id est *Appione* [21] viro spectabili, & fisci advocato, & in aliis habente testimonium optimum tam apud alios, quam a nobis ipsis.

CAP. II.

*Ut judicibus tantum hac lege datis delegare causas liceat.*

JUdices itaque post nostros administratores [22] hos esse volumus: & his omnibus negotia secundum quod nobis visum fuerit, delegamus. Si quis autem nostrorum judicum deputare [23] voluerit causas, iis qui definiti sunt a nobis pedaneis judicibus tradat, & alteri omnino nulli, nisi consiliariis suis commiserit particulares [24] examinationes: ipse [25] pro omni negotio judicium portaturus.

CAP. III.

*De ordine & tempore quo judices sedere debent.*

SEdebunt [26] autem hi *Pedanei* judices continue, & nunc in regia *Basilica* [27] in quibus & nunc domunculis judicant, matutino mox & meridie [28] & vespere audientes causas, non solum quæ post legem movendæ sunt apud eos [29], sed etiam alias quæcunque apud alios [30] quidem sunt secundum antiquum motæ schema, nunc autem a nobis ad eos mutari præceptæ sunt.

CAP. IV.

*De provocationibus.*

ILlo custodiendo: Ut si sub [31] appellatione a pedaneis judicibus aut gloriosissimis viris fiant causæ, & ipsæ quidem a nobis delegatæ sint secundum quantitatem aut in commune [32]: apud gloriosissimos judices nostros examinabuntur: aut aliis secundum consuetudinem sacrarum consultationum delegabuntur. Si qui tamen gloriosissimorum nostrorum judicum causas eis delegaverint: ad eos qui hos miserunt, eis audientibus appellatio remeabit: ab illis autem rursus secundum prædictum modum talia judicabuntur.

CAP. V.

*De jurisdictione judicum pedaneorum.*

AUdient igitur omnes quidem litem usque ad trecentos solidos existentem sub schemate annotationis [33]. Sic enim velocius lites judicabuntur, & circulis cognitionalibus ac temporis contritione omnes litigantes liberabuntur. Palam vero est, quia etli *per* [34] *annotationem* audient causas: veruntamen dabunt terminum per scripturam, qui eorum manifestet sententiam: appellationibus in his nulli penitus perimendis: nisi forte tertio [35] appellare voluerit [36], aut per [37] contumaciam defuerit, talibus [38] enim etiam appellationum permittur ratio.

CAP. VI.

*De appellationibus, ut cursum duorum mensium habeant nullaque amplius concedatur reparatio.*

APpellationes autem ex hac magna civitate a pedaneis judicibus non ultra duos menses habere inducias in cursu fatalium [39] volumus: post quos necesse est fatales [40] suum inchoare cursum: ea quæ vocatur a legibus reparatio [41] locum in his nullum habente.

CAP. VII.

*Ut sportularum modus lege* [42] *Justiniani introductus servetur.*

NUllo quoque præsumente transcendere quæ in sportulis, aut in litis expensis a nobis disposita [43] sunt: sed omnibus his contentis, & formidantibus pœnam quam in talibus sacra nostra constitutio terminavit. §. 1. His qui causas præparant, sic existentibus, sicut & militiæ figura hactenus definivit, unoquoque tamen judice duobus quidem exceptoribus utente, & duobus causas præparantibus [44] & complentibus: non valentibus eis pluribus quam duobus omnino ministrare judicibus. hos autem omnino locupletes, & probatos esse: ut neque ab eis aliquid peccetur, neque prodatur, neque maligne agatur: sed periculo officiorum [45], aut scholarum, aut scriniorum præbentium eis super eos electionem simul & ministerium: & vel si quid ab eis peccatur, ad illos qui deputant eos, referri exinde periculum, qui omne damnum eorum causa factum iis, qui ab eis læsi sunt, curabunt. Necessitatem habentibus etiam competentibus [46] judicibus, si eis interpellatio fiat præparare modis omnibus eos qui ex officiis suis aut scholis aut scriniis eligunt ministrantes, hinc læsis damnum curare. Si vero judex aliquam senserit malignitatem ab aliquo ministrantium fieri, expellat quidem auditorio suo eos qui non cum utili opinione causis utuntur: altius autem instituat, sententia & electione eorum quibus hoc (sicuti prædiximus) periculi est.

CAP. VIII [47].

*Ut in locum remoti judicis alius a principe subrogetur.*

SI quis autem aut gloriosissimorum, aut eloquentissimorum judicum removeatur judicare pro qualibet causa vel necessitate: non aliter alter in ejus succedat auditorium, nisi hoc nos [48] decernentes, alii tradiderimus pro eo causarum examinationem.

CAP. IX.

*Ut [49] duos in exordio & duos in fine litis aureos accipiant pedanei judices.*

NEautem circa hæc labor line mercede nostris fiat pedaneis, sancimus eos in unaquaque dicta apud eos causa, vel si divinitus fuerit deputata, duos [50] quidem aureos ab utraque parte in contestatione litis accipere, & duos in fine negotii, & ultra hoc nihil, (quod etiam prædecessores nostri definierunt) sed his contentos esse solis; privilegiis [51] quippe quæ in diminutione sumptuum quibusdam concessa sunt, omnibus integris secundum suum ordinem conservandis. Hoc autem dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum. Si enim usque ad hoc mensura fuerit litium: nihil eos audientiæ [52] causa volumus exigi, qui enim ita parvæ quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria sic pauperem fraudat. Et

1 Pedaneis fcil. elsque urbanis. Jul. *const.* 76. Goth. Vid. ad hanc Novell. Rittersfuf. *part.* 9. c. 6. Ant. 2 Vid. quæ adscripta sunt *l.* 5. *C. de pedan. judic.* 3 Διαιτηταὶ Græcis & Juliano dicuntur, qui hic pedanei judices, nonnullis commissarii judices. 4 Imperiti legum, & usu rerum destituti, indigni sunt munere judicandi, vid. *l.* 2. *ff. quod quisque juris.* 5 Πάρεδροι assessores; qui τῶν ἀξιόχρεων σύμβουλοι 7. *Eclog.* 1. *cap.* 1. 6 Adsessor magistratus, ea, quæ sunt legum, explicat, & occupationes magistratuum ipsorum adimplet. vide quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. quod quisque jur.* 7 In adsessoribus peritia juris requiritur. *l.* 1. *ff. de offic. adsess. l.* 1. *Cod. de assessor.* 8 Cingulum habere est ἀρχὴν ἔχειν. 9 Vitium est reip. peritis legum caufas dijudicandas non tradere. 10 De qua vid. *l.* 5. *C. de pedan.* 11 Δικαστηρίῳ, id est, judicio. 12 Iidem διαιτηταὶ dicebantur, Julian. *hic.* 13 Fisci fc. Jul. *hic.* 14 Τῶν δημοσίων συνηγόρων. 15 Ἀλέξανδρός τε ἑτερος. *Scrimg.* Alexander alter. *Jul.* 16 Pedaneos judices apud magistratus fuisse, hic locus argumento est. 17 Scholastici vid. Jul. *hic.* 18 Daniel & Victor. *Hal.* 19 Quizicenus. Jul. *hic.* 20 Φῶκας *Scrimg.* Focatem. Jul. *hic.* 21 Appione scholastico consiliario. *Jul.* 22 Ἀεζοντας, magistratus populi Romani. Julian. *n.* 296. 23 Παραπεμψαι δικας, deputare causas, *ut hic.* delegare; ut apud Julian. *d. loco.* 24 Τὰς κατὰ μέρος ἐξετάσεις. 25 Hoc est, ipse sententiam dicat *Jul.* 26 Sententiam non valere, nisi ferature a judice latæ, hinc colligunt, vid. Rol. a Valle 1. *cons.* 41. *num.* 14. 27 Ἐπὶ τῆς Βασιλικῆς τῶν ἐξῶν. *Scrimger.* In Basilica, Jul. *hic n.* 297. in porticu regia, in foro. Synesius *in epist.* Τὴν ἐν τῷ βασιλικῷ τῷ πάνυ κρίσει. In eadem porticu Agathias 3. scribit, se manse ad occasum libellis litigantium edisse operam: quibus offendit, ex pedanorum notariis fe finisse. 28 Pedanei a mane usque ad vesperam sedent, hinc colligunt noctu judicari posse, de quo alias dixi ad *l.* 2. §. 31. *ff. de orig. jur.* 29 Apud dictetas. *Jul.* 30 Id est, apud abrogatos dictetas. Jul. *hic.* 31 Ἐφέσεσι δίκαις, causis, in quibus appellatum est. 32 In commune procerum. *Jul. εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐνδοξοτάτων κριῶν ἀξιώσεων.* 33 Βραχυμαστὶ παρεκτιθεμένων. *Sc.* more quidem παρεκτιθεμένων, Jul. *n.* 299. παρεκτιθέμενος complectitur τὰ κεφάλαια τῶν λαλουμένων ὡς ἐν συνόψει καὶ ὀλίγων. huic contraria κρίσεις, quæ minuta complectitur judicii, ὑποκρίσεις vero subscriptio libellorum. 34 Κατὰ παρεκτιθέμενον. 35 *l. un. C. ne liceat in una &c. eadem causa.* 36 Maluerit. Jul. *n.* 299. 37 *l.* 1. *Cod. quor. appellat.* 38 Hoc est, Tertia provocatio illicita est, & contumaces condemnati appellare non possunt. *Jul.* 39 Τῶν κυρίων. de fatalibus diebus dixi alias. 40 Τοῖς κυρίοις. *Scrimg.* statutos legibus dies. Jul. *hic n.* 300. 41 Σπεραγειον. *Scrimg.* ut ex hoc loco suspicio fit, apud Græcos legendum, ἐπαναγειον, non σπεραγειον. Nam & reparatæ hic apud veterem interpretem & Julianum legitur *n.* 300. 42 *Nov.* 17. *c.* 3. Goth. De Jure Canonic. dantur tantum visitic. *cap. cum ab omni. extr. de vit. & honestat. cleric. c. statutum.* 8. *infuper. De rescript. in* 6. Ant. 43 *Nov.* 8. & 17. *c.* 3. 44 Hos Julian. vocat exceptores eo sensu. Unusquisque judex habeat duos exceptores fideles & probatos &c. 45 Τάξεσι ἢ σχολαῖς ἢ σκρινίοις. 46 Id est, magistratibus. 47 Jul. *num.* 302. 48 Princeps judices pedaneos urbanos eligit. 49 De libertis judicum. Julian. *n.* 303. Goth. Dignus est operarius sua mercede. 1. *Timoth. cap.* 5. 1. *Corinth. cap.* 9. *can. charitatem.* 12. *quæst.* 2. Antho labore muneris augetur stipendium. Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 514. & *cas.* 223. Felin. *ad cap. cum olim.* n. 1. *extr. de re judic.* Ant. 50 Pedaneis dantur δικαστικα sive sportulæ: magistratibus non dantur, quia ample falaria habent. Pedaneis permodica, duarum fcil. librarum auri, neque in omnibus caufis, fed in iis tantum, quæ excedunt summam 100. solidorum *l. hic. vers. hoc autem.* 51 Privilegia sumptuum judiciariorum nonnullis data sunt. 52 Δι-

neque in hoc solummodo stamus, sed etiam de proprio ipsi largimur. Volumus enim unumquemque istiusmodi pedaneorum, annis singulis a mensa tuæ celsitudinis percipere duas [1] libras auri, & his esse contentum solis, & neque redimi: & aurum omnino despicere. Propterea enim eligimus fiscum [2] minuere, quatenus horum unusquisque contentus nostra largitate & quaternis aureis, puras Deo & nobis & legi custodiat manus, cogitans quæ a prioribus legislatoribus de his definita sunt.

CAP. X.

*Ut judex rationem expensarum examinet* [3].

OPortet [4] autem expensarum rationem judices omnino examinare [5]. (Et quia hoc bene Zenonis piæ memoriæ decrevit sententia & auctoritas: & nos non dedignati sumus partem etiam hoc nostrarum facere dispositionum.) Maneat ergo etiam nunc in eodem schemate custoditum: illo solo adjecto, si jusjurandum intulerit de expensis judex victori, scilicet cum quantitate quæ visa erit ei recte se habere: (quam taxationem vocant leges) deinde ille juraverit: non habere licentiam judicem minus quam juratum est, condemnare, neque videri clementiorem [6] lege quæ hæc disponit. si tamen perspexerit neutrum sumptuum subdere rationi: & propter negotii forte varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia [7]. Omnibus aliis super appellationibus [8], sicut prædiximus, & excusationibus, & ut non prompte, & cum necessitate fiant litis contestationes, sed habeant viginti dierum inducias [9], & quidquid aliud judiciale decrevimus: in propria virtute manentibus.

CAP. XI.

*Ut arbitri per compromissum non per sacramentum assumantur.*

QUia [10] vero multæ quædam nobis fiunt interpellationes, eligentibus quibusdam judices penitus ignorantes [11] leges, & experimentum, & prone jurant judicibus se contentos, quibus nequaquam quispiam quodlibet credat: deinde suadent forsan etiam judicibus quasi sibi præbere jusjurandum juris, neque quid sit justum, neque ejus observationes scientibus: & merito læsi ipsi rursus volunt examinari negotium, obliti jurisjurandi quod juraverunt: causa nobis subverlione digna visa est. §. 1. Et quia cognovimus ex rerum experimento incautum hoc esse, sancimus de cætero nullum [12] fieri omnino judicem [13] arbitralem, & cum jurisjurandi cautione judicare: ne ex hoc in perjurium invitum incidant homines propter judicum ignorantiam pejerare compulsi: sed omnino qui judicem aut judices eligunt, cum pœna [14] eligant eos, quatenus partes ad invicem coeant, & necessitatem habeant aut contentæ esse judicio, aut si retractare voluerit alter, det multam, & sic licentiam habeat discedere reus ab iis quæ judicata sunt, & ad aliud venire auditorium: nostris judicibus si aditi fuerint, exigentibus multam: & iis qui eam jussi sunt accipere, restitui præparantibus [15]. Scientibus iis qui judices eligunt, quia si hoc non egerint, neque stipulati fuerint pœnam, sed exsiliamaverint [16] sufficere sibi ex jurejurando cautionem: deinde judices sic electi noceant eis, si quidem ex studio [17], a domino Deo [18] pœnas perjurii sustinebunt: si autem ex ignorantia hoc passi fuerint, nihil præter jusjurandum erit eis amplius: quia neque perjurium volumus ab aliquo inferri, neque rursus litigantes sustinere damnum magnum propter judicantium ignorantiam citra jurisjurandi reverentiam permittimus. Omnibus ante sanctis sive ex antiqua legislatione, sive a nobis de compromissariis judicibus, aut arbitris, extra tamen necessitatem jurisjurandi, in propria virtute manentibus, & nequaquam ex hac nostra lege novandis.

CAP. XII.

*De* [19] *appellationibus, & ne cui ea non recipere liceat.*

NOstros tamen judices omnibus modis suscipere appellationes sancimus, & nulli licentiam esse penitus hoc repellere præter solam tuam eminentiam: cui hoc ab initio largitur imperium, retractationis [20] introducens auxilium.

CAP. XIII.

*De diversis rescriptis* [21] *ad judices directis.*

OMnis autem judex sive cingulum habens, sive aliter judicans [22] custodiat leges, & secundum eas proferat sententias: & vel si contingat jussionem nostram in [23] medium, vel si sacram formam, vel si pragmaticam procedere [sanctionem] dicentem aliter agi, sequatur legem. nos enim volumus obtinere quod nostræ volunt leges. Si enim sub appellatione lis fiat, judex quidem suscipiat modis omnibus oblatam appellationem, nihil penitus excusans, in quibus omnino licet appellare: auxilium vero circa appellationes omnibus adjacet, per quod licet læso & queri, & mereri correctionem aut ab iis qui de appellatione judicant: aut a nobis ipsis, si ad nos sententia referatur.

CAP. XIV.

*De relationibus* [24].

SI quid autem audientes judices putaverint esse dubium: damus [25] eis licentiam de his nuntiare nobis, & consulere nos, ut discant quæ necessaria sunt, & ita quod agendum est explicent, & faciant justa simul & rationabilia judicia.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & propter nostrorum subjectorum utilitatem gesta sunt, hic & in imperiali proponat basilica, & in aliis partibus nostræ regiæ civitatis, ut universis hæc fiant manifesta, & discant quia per omnia nobis cura est eorum utilitatis pariter & æqualitatis. Dat. ARIONE [26] V. C. CONSULE.

TIT. XII.

UT CLERICI [27] APUD PROPRIOS EPISCOPOS PRIMUM CONVENIANTUR, ET POST HOC APUD CIVILES JUDICES.

NOVELLA CONSTIT. LXXXIII.

*Idem Augustus Joanni gloriosissimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.*

PRÆFATIO.

PLurimas sacras scribentes leges & de Deo amabilibus episcopis, & reliquo omni facerdotio, necnon de reverendissimis monachis, & nuper hoc agentes, in quibus volumus reverendissimos monachos, apud solos [28] civitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, conventiones suscipere: petiti sumus a Menna Deo amabili archiepiscopo hujus felicissimæ civitatis, & universali patriarcha, reverendissimis clericis hoc dare privilegium [29], ut si quis habet adversus eos quamlibet pecuniariam causam, prius ad Deo amabilem archiepiscopum pergat sub quo constitutus est, & interpellet eum, & [30] ex [31] non scripto judicium mereatur. &, si hoc fiat, nec inquietet eum, nec trahat ad auditoria civilia, neque a sacro [32] eum vacare faciat ministerio, sed ex non [33] scripto examinetur negotium sine damnis, & accipiat formam forsan etiam scriptam, si hoc quoque partes voluerint & poposcerint, & liberentur alterutro [34] certamine. §. 1. Si vero aut propter causæ naturam, aut propter quandam forte difficultatem non fuerit possibile Deo amabili episcopo decidere [35] negotium, tunc licentiam esse & ad civiles judices pergere, & privilegiis omnibus custoditis, quæ reverendissimis clericis sacræ præstant constitutiones, & litigare & examinationem fieri, & terminum impon liti, & ita liberalis fieri causam clarissimis judicibus secundum nostras constitutiones vel leges studentibus cum magnanimitate & velociter lites decidere, ut non propter hujusmodi causas sacris amoveantur obsequiis, & cum oporteat Deum placari & decentia sacerdotibus agi, auditoriis detineantur & illis turbis, atque inhærente tumultu litigantium animabus. §. 2. Si tamen de criminibus conveniantur, si quidem civilibus, hic quidem competentes judices [36], in provinciis autem earum præsides sive judices, non transcendente lite mensium duorum spatium ex quo litis contestatio fit, quatenus brevis imponatur causæ terminus. Illud palam est, si reum esse putaverit eum, qui conveniur, provinciæ præses, & pœna judicaverit dignum: prius hunc spoliari a Deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri manu.

CAP. I.

SI vero ecclesiasticum [37] sit delictum, egens castigatione ecclesiastica & multa, Deo amabilis episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis provinciæ judicibus. neque enim volumus talia negotia omnino scire civiles judices: cum oporteat talia ecclesiastice examinari, & emendari animas delinquentium per ecclesiasticam multam secundum [38] sacras & divinas regulas, quas etiam nostræ sequi non [39] dedignantur leges. Si [40] vero quædam prius contestatæ sunt lites, hæc maneant in ipso schemate, velocem accipientes finem: omnibus quæ jam a nobis sancita sunt, sive super sanctissimis ecclesiis, sive super Deo amabilibus episcopis, sive super clericis, sive super monachis, propriam virtutem habentibus.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, per programmata propria manifesta faciat universis, & in perpetuum studeat custodiri. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* Dom. JUSTIN. PP. Aug. ARIONE V. C. CONS. [41].

---

κανικὸν ὑπόκειται. Judicum δικαστικὰ, quatuor aurei. Majora funt apud Gallos: apud quos δικαστικὰ, *Espices*, de quibus vid. Paponem 18. *Arrest.* 3. *c. des epices.* Lucius δικαστικὰ etiam appellat aurum sportularium & Tragœmata 5. *Plaeit.* 5. *de Tragœmatis* n. 2. Verisimile est enim Gallos (judiciis tum minus corruptis) judicibus destisse aros matarias quasdam species: ac procedente tunc demum tempore mutatum id genus sportularum in pecuniam numeratam. Qua de re merito conquerebatur Michael Hospitalius, Franciens Cancellarius in oratione Rothomagi habita 1563. *tom. 2. ordin.* 1. *fol.* 836.

1 Id est, 144. aureos. 2 Fisci causa sub bono principe peffima. 3 Et rationem expensarum habeat in definitiva sententia. Jul. *n.* 304. 4 Hinc sumpta est authentica, *Post jusjurandum. Cod. de judiciis.*

5 Expensæ a judicibus pedaneis exceptæ expensis. vid. Jul. *hic n.* 304. *sans dessous.* 6 Symmachus *epist.* Corruptæ esse videntur sententiæ, si fint legibus mitiores. adde *l.* 12. §. 1. *ff. qui & a quibus manumiss.* adde *l.* 11. *ff. de pan.* 7 Arbitrio Jul. *n.* 304. ψῆφφ. 8 Vel recusationibus, Jul. *n.* 305. 9 Jure Canonico arbitrarium est. *cap. dilectus. extr. de probat. cap. quoniam frequenter. §. si vero. extr. ut it. non contestat. cap. cum st. extr. de appellat.* Anf. 10 Hinc sumpta est authentica, *Decernit. C. de receptis arbitris.*

11 Ἀκριτοφυεῖς καὶ νόσων καὶ πείρων. *Scring.* Pedaneos peritos esse oportet tractaret, solos doctos & disertos adhiberet: si de re militari, militum veteres, & fenes, & benemeritos, & locorum peritos ac bellorum & castrorum, & omnes literatos, & maximeeos, qui historiam norunt. Lampr. *in Severo.* Idem etiam sæpe dicebat, eos esse *mercam bulenn Nicetæ Imperatori.* 12 Et ita abrogatur *lex* 4. *C. de arbitr.* ut nemo judex cum jurejurando a litigatore possit accipi.

13 Δικαστὴν αἱρετὸν. *Scring.* Judicem. Jul. *n.* 306. 14 Arbitri cum pœna eligi possunt, olim non poterant, & ita abrogatur lex 27. *in fin. ff. de recept. qui arbitr.* 15 Id est, habentibus, ordinantibus. 16 Olim sufficiebat juraffe, *l.* 4. §. 1. *C. de receptis.* 17 Dolo malo. 18 Periurii vindex Deus, *l.* 2. *C. de reb. cred.* 19 De provocationibus & retractationibus, Jul. *n.* 307. 20 Ἀνελληματόφυτ. *Scring.* retractatio, *l.* 21. *in fin. C. de judiciis institum. l. ult.* §. 5. *C. de temp. appell.* Retractatio, id est, supplicatio, *l.* 1. *C. de sent. præf. præt.* 21 Et de provocationibus. Jul. *n.* 308.

22 *Int. Instit. de off. jud. Novell.* 24. *c.* 2. 23 Vid. *Novell.* 113. 24 Jul. *n.* 309.

25 Abrogatur. J. *Novell.* 125. 26 Aplone, id est, anno 539.

27 Vid. Jul. *const.* 77. de clericis litigatoribus. *Ind. Reg.* Hujus Novellæ Latinam interpretationem integriorem vide apud Agyleum *hic.* 28 Non ut olim apud provinciarum præsides, *l.* 33. *C. de episc.* 29 Hinc sumpta est authentica, *Clericus. C. de episc.* 30 Hinc sumpta est Authentica, *Nisi breves, C. de sent. ex peric.*

31 Καὶ ἰγγράφῳ κρίσει. *Scringer.* & male, quod ex sequentibus partim, partim ex juliano poteit colligi, Ubi autem episcopus (inquit) causam dirimere vult, sine scriptura omnia producantur, & definitiva sententia fine scriptis ab eo producatur, nisi partus aliud voluerint. 32 Episcopi a sacro ministerio non sunt abducendi. 33 *Nov.* 18. *c.* 2. 34 Id est, exceptionibus & dilationibus nimiis. *Nov.* 17. *c.* 3. 35 *Nov.* 123. 37 Delictum aliud ecclesiasticum, aliud seculare. 38 Delicta ecclesiastica puniunt sacris canonibus. vid. *Nov.* 23. 39 Leges civiles non dedignantur sequi sacros canones, *l.* 45. *C. de episc. Nov.* 5. Princeps recte subsequitur decreta Pontificum, *l.* 23. *C. de episc. Nov.* 5. 40 De judiciis. Jul. *const.* 37. *in fin.* 41 Id est, anno 539.





TIT. XIII.

DE [1] CONSANGUINEIS [2] ET UTERINIS [3] FRATRIBUS [4].

NOVELLA CONSTIT. LXXXIV.

*Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriossf. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.*

PRÆFATIO.

MUltis undique natura [5] novitatibus utens (dictum jam est in legibus hoc sæpe proœmium, dicitur autem & iterum donec illa quæ fua sunt operatur) ad opus multarum nos pertrahit legum. Legitimas enim & cognativas [6] successiones dicunt [7] quidem nobis & veteres, & qui ex antiquissimo jure hæc fumentes, descenderunt usque ad nos, qui plurima horum correximus, pervenit autem ad nos aliquid tale.

§. 1. Duxit [8] quidam uxorem, & filii ex eadem funt nati: deinde moriente illa duxit rursus aliam, ex qua nati sunt filii ei, prioribus consanguinei solum, non autem uterini: deinde etiam tertium introduxit matrimonium: fecitque filios ex eo: post mortem vero ejus ad secundum mulier descendit virum: ex quo alios fecit filios, iis qui ex priore viro fuerant uterinos solum, non tamen consanguineos: moriente igitur matre, postea mori [9] unum fratrum ex tertio matrimonio contigit sine filiis & sine testamento, multos fratres relinquentem, alios quidem consanguineos, alios autem uterinos, alios vero simul & consanguineos, & uterinos. Et quæ quidem adinventa est naturæ novitas, talis quodammodo fuit. Licebit autem tali principio dato nobis, ab eo & alios quosdam opinari casus tale aliquid proferre volentes, sive morte viri, sive morte mulieris, sive alia legitima separatione nuptiis diversis hoc facientibus. Quæstio igitur illa erat, si ad mortui fratris hereditatem oporteret omnes vocari, & consanguineos, & uterinos & simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres.

CAP. I.

QUia [10] igitur considerantes leges omnes quas congregavimus, & veteres omnes, & nostras hujusmodi non invenimus emersisse quæstionem: congruum est eam sero tandem refrenare lege, & considerare quia fratribus funt ad defunctum aliis quidem cognationis jura, quæ nos legitimis copulavimus: aliis autem hoc ipso legitima: communicabant enim aliquid ei circa paternam prolem, sicut alii circa maternam: alii autem illud pure habebant, & lege & natura juvante se, eo quod ex iisdem erant procedentes matrum finibus, eratque eis patris semen unum: & undique veluti quoddam signum eis germanitatis resplendebat. Si igitur hujusmodi frater litibus liberare & legem & dubitantes voluisset, ad testamentum venerat: & suam sententiam fecerat manifestam, & per scripturam honorati ad hereditatem vocarentur. Quia vero hoc agere noluit, aut non potuit, (multæ namque sunt homini & anxietates innumeræ, & repentinæ mortes) hæc nostra lex causam determinet. §. 1. Vult autem hæc lex, ex utroque [11] decoratos, & simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres, ad successionem morientis meliores esse quam illos qui solummodo consanguinei, aut solummodo uterini sunt, & non sunt fratres hæritare naturæ varietas; sed nos hujusmodi adinventiones ostendimus legitimas, atque decernimus, perfectioribus distribuentes quæ meliora sunt, & minores exæquari eis non patientes. §. 2. Plurima namque ad hoc nos invitaverunt. Primum quidem altera nostra lex [12], si filius moriatur non habens filios: deinde existentibus ita forte maternis [13] rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa quæ non acquiruntur, prius ex iisdem nuptiis fratres ad hereditatem vocari: deinde ex aliis, & post [14] hos patrem, quod probatio erat eo quod dudum talia nostra legislatio concessisset. Nam si etiam patre existente, suo patri, & iis qui sunt ex aliis nuptiis, præponi consanguineos & uterinos fratres contingit: consequens est, licet pater non existat, sed fratres solummodo, præponi iis qui ex uno parentum solummodo copulantur morienti, eos qui similiter quidem consanguinei, similiter autem uterini sunt, & his convenienes erit illud quod dudum & in maternis, & in iis quæ ex nuptiali causa, aut aliter non acquirantur, sancitum est, hoc etiam in reliquis morientis rebus valere atque tractari. Hæc igitur lex in isto casu data sibi occasione, sicuti dictum est, posita sit. Et quia ex tribus matrimoniis hoc processit, novitas naturæ nihil prohibet, vel si quis proponat & in duobus solummodo matrimoniis alios quidem esse solum uterinos, alios autem consanguineos simul & uterinos, vel si quis extendi dicat matrimonia, & adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in hujusmodi casibus ubi tales quidam introducuntur ordines fratrum lex habeat suam virtutem: & excludant [15] duplici utentes jure eos qui uno solo uti possunt.

CAP. II.

SI vero non talis est casus, sed solummodo constituti sunt uterini aut consanguinei, & moriatur aliquis fratrum: hæc prioribus subjaceant legibus quæ eorum successiones disposuerunt. Locum tamen hæc lex habeat non solum in hoc casu, qui quæstionem movit: sed etiam in iis, qui postea futuri sunt. Quocirca priora si aut judicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem, hujus legis judicio non egentia.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram manifestata sunt legem, per literas proprias declarare cunctis & in perpetuum observare festinet. Dat. 15. Kalend. Jun. *Constantinop.* Imp. Dom. JUSTIN. Aug. Anno 15. [16] ARIONE V. C. CONS.

TIT. XIV.

DE ARMIS [17].

NOVELLA CONSTIT. LXXXV.

*Imperator Justinianus Augustus Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum.*

PRÆFATIO.

MAgnum Deum & salvatorem nostrum Jesum Christum & ejus auxilium semper invocantes, studemus omnes subjectos nostros, quorum regimen credidit nobis Deus, illæsos [18] & sine calumnia [19] custodire & inhibere bella, quæ per suam considerationem suscipientes adversus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibimet inferunt, quam quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur.

CAP. I.

VOlentes igitur hujusmodi mortibus homines liberare, prospeximus armifacturæ [20] opus nullum privatum operari, solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis [21], aut qui dicuntur fabricensii [22]: eos autem qui operantur arma, nulli vendere privato [23]. Sed neque qui in [24] numeris constituti sunt armifactores, quos etiam deputatos appellant qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari, aut alicui vendere arma: sed solum diligentiam habere armorum militum in numero constitutorum, in quibus militant. Si vero novum aliquid faciunt, hoc auferri ab eis, & in sacro nostro inferri armamento [25] adjiciendum ibi repositis publicis armis.

CAP. II.

HOc autem observare volumus & eos, qui in ordinibus ballistariorum [26] sunt, quos per diversas statuimus civitates, ordinantes eos & arma facere: sancientes, ut & ipsi sola publica arma in armamentis [27] publicis uniuscujusque civitatis recondita corrigant, atque renovent. Si qui vero unum aliquid armorum instruxerint, hoc similiter & ipsis inter publica arma præstent, & nulli alteri penitus vendant. Hoc quoque custodiant, qui in ballistariis deputati sunt, periculo [28] patrum [29] civitatum, sub quibus & ipsos ballistarios statuimus, & publicorum armamentorum [30] diligentiam atque custodiam constituimus: quatenus si qui viti fuerint aut deputati aut fabricensii [31] vendentes arma, provideant per loca judices [32] eos suppliciis subdere, insuper etiam arma ab iis qui ea comparant, sine pretio auferre, & publico vindicare.

CAP. III.

HAnc igitur gubernante nos Deo cogitationem, per præsentem sancimus legem, *Ut nulla civitate aut provincia nostræ reipublicæ habere licentiam privatos aut alium quempiam arma facere aut vendere, aut quolibet mercari modo:* sed *solos eos qui inter fabricensfes referuntur, hæc instruere, & deferre ad sacrum nostrum armamentum*: & hoc a tua celsitudine, & qui post te suscperint cingulum custodiri sancimus: deputantibus nobis aliquos [33] chartulariorum, qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti fabricensium, periculo quinque inter eos priorum [34] bonam opinionem habentes, & opportunos, qui & eos qui in hac felicissima civitate, & in aliis civitatibus nostræ reipublicæ arma faciunt, requirentes, prohibeant privatos, aut etiam alios quosdam citra eos qui deputati sunt inter fabricenses, armifacturæ agere causam: & in publicum quemcumque locis aliquos privatos hoc audentes, hæc auferre, & fisci applicare armamento. Si autem inter operarios privatos artifices opportunos [35] invenire potuerint: hos, si voluerint, in militiis statuere, & in descriptione [36] nomina eorum facere, & destinare nobis descriptionem artificum: ut per sacrum nostrum rescriptum in illis statuantur locis, in quibus sunt publicæ fabricæ, quatenus ipsi operantes arma, & de fisco annonas accipiant: hoc enim facto & subtiliter observato a prædictis personis licentia penitus nulli dabitur, neque civitates inhabitantibus privatis, neque villas incolentibus rusticis, armis uti adversus alterutros, necesque præsumere, & ex hoc plurimos homines occidi, publicas vero perire functiones, dum terræ cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem utuntur. §. 1. Oportet ergo eos qui diriguntur a tua celsitudine ex memorato fabricensium scrinio ad prohibendos privatos armorum factores confessionem [37] accipere etiam per loca judicum, & subjectorum eis officiorum, & civitatum defensores, & patres, quia nihil valebunt de cætero horum quæ a nobis prohibita sunt aliquid agere: sed quæ per præsentem sancita sunt legem, custodient, poenam & in pecuniis, & in ipsum formidantes caput. Sancimus enim magna quidem Alexandriæ judicem negligentem quæ a nobis sancita sunt viginti auri librarum exsolvere poenam, & cingulo cadere: & hujus officium similiter auri librarum viginti dare poenam, & capitale subire supplicium: aliarum vero provinciarum judices, dai-

---

1 De fratribus. *Index Regina.* de successionibus, quæ ab intestato fratribus deferuntur, Jul. *const.* 78. vide hujus Novellæ plenioren interpretationem Latinam Agylei *hic.*

2 Περὶ τῶν ὁμοπατρίων. *Scring.* qui filiicet nati sunt ex eodem patre: vel ex eodem patre & matre simul. 3 Περὶ τῶν ὁμομητρίων. *Scring.* qui nati sunt ex eadem matre. Uterini enim sunt diverso patre nati, Ambros. *epist.* 66. Atque ita liberorum alios constituit hac Novell. μόνον ὁμοπατρίους ἢ ὁμομητρίους & ὁμοπατρίους τὸ ἅμα καὶ ὁμομητρίους. 4 Frater fratri ab intestato ut succedat. 5 Multas formas edere natura properat, *l.* 2. *Cod. de voter. jur.* 6 Καὶ τὰς Cognatices, *Scring.* 7 Id est, explicant. 8 Facti narratio. 9 Quæstio, Fratris sine liberis mortui hereditas ad quem pertineat. 10 Hinc sumpta est Authentica, *Itaque. Cod. comm. de successionibus.* 11 Olim ita non fuit. *l.* 1. *C. de legitimis hæredibus.* Unde constat hodie, consanguineos & uterinos simul præferri consanguineis tantum vel uterinis tantum. 12 *l. ult. C. comm. de successionib.* 13 Desiderio hujus Novellæ, Fratris sine liberis mortui hereditas defertur ad fratres ejus consanguineos, id est, ad fratres ex utroque par-nte conjunctos, non eos, qui tantum sunt et uterini, vel ex eodem patre; in rebus ejus paternis, fratres paternii succedunt ex regula, Paterna paternis, materna materiis, de qua vid. *l.* 12. *C. de legit. hæredib.* In rebus aliunde quæsitis fidem consanguinei paternos vel uterinos excludunt: sunt enim conjunctiores, 9. 1. §. 8. *l.* consanguineis deficientibus paterni, & uterini æqualiter succedunt in aliunde quæsitis: vid. quæ dicam ad *l.* 13. *in fin. C. de legitim. hæred.* 14 Hodie pater vocatur in virilem proprietatis, *Nov.* 118. *c.* 2.

15 Duplici utentes jure, iis, qui uno tantum utuntur, sunt potiores. 16 13.

17 Περὶ ὅπλων. *Scring.* περὶ ἀνθρώπων ὁπλοποιῶν. 7. *Ecl.* 9. de armis & fabricensibus. *l.* 7. §. 1. *C. de fabricensibus, & qui arma gerere possint*, Jul. *const.* 79. Goth. Vid. Rittershuf. *part.* 13 *cap.* 4. Anf. 18 De jure principis dicam ad *Novellam* 105. *c.* 2. *in fin.* 19 Ut injustis litibus non vexentur. 20 Τῆς ὁπλοποιίας ἔργων.

21 Ὀπλοποιίαις, publicis fabricis, *Jul.* armamentis, *arsenaux.* 22 Φαβρίκῃς, id est, fabricis. 23 Arma privatis vendere non licet, *ut cit.* multo minus licet arma ad barbaros exporture vel eis vendere, *l.* 2. *C. quæ res exportari.* 24 Εν τοῖς ἀριθμοῖς, id est, matriculis, Julian. *hic.* Numerorum fabricensibus nova arma fabricare non licet, licet tamen ea curare. 25 Ἀρσεναλῶν. *Scring.* 26 Βαλιστάριοι.

27 Εν ταῖς ὁμοιοτίμοις ἐπιλοιπαῖς. *Scring.* 28 Οἱ βαλιστάριοι τοῖς πατρικίοις ὑποκείνται τῶν πόλεων. *Basil.* vid. Cujac. *hic.* 29 Patres Civitatum hodie videntur esse, qui Gallis dicuntur *Preuosts des Marchands & Echevins*, sub eorum curâ ballistiarii erant, ut ex hac Novella apparet. 30 Ὁπλοθηκῶν. 31 Φαβρικήσεσι, qui & fabricenses. 32 Ἀρχοντες, præsides provinciæ, Jul. *hic.* n. 304. 33 Quinque fol. Jul. 305. 34 Πρεσβυτέρων. Primates scriniis appellat, Jul. *hic.*

35 Id est, idoneos. 36 Matriculam vocat Julian. *loc.* que & particula *l.* 5. *C. Theod. de domesticis & protectoribus.* 37 Κατάθεσιν, depositiones, Julian. *hic.*